PRÆ-CONSULES ET CONSULES CIVITATIS THORUNENSIS

coram Universis et Singulis, præmissa Studiorum officiorumq[ue] nostrorum diligenti commendatione, cuivis
pro Status, conditionisq[ue] exigentia notum testatumq[ue] facimus, quod coram Nobis personaliter comparuerint,
Nobiles Joannes Henricus Wedmeyer et Stanislaus Dutkiewicz, Consules hujus Civitatis, Viri
provectæ ætatis, testesq[ue] fide digni, atq[ue] de periculo perjurii sedulo admoniti, Juramento corporali mediante,
elevatis dextris, erectisq[ue] duobus digitis, in testimonium Veritatis aperte et per expressum recognoverint ac testa-
ti sint, sibi compertum omninoq[ue] verum esse, quod præsentium exhibitor Famatus Joannes Raphaël Lier
a Nobili Bartholomæo Lier, Consule hujus Civitatis, Patre suo, atq[ue] Consorte Illius Nobili Con-
stantia nata Kruszewiczowa, Matre sua, Conjugibus, hominibus liberis, nec cuiquam servitutis man-
cipiive nexu obstrictis in legitimo et inculpato Thoro ortus genitusq[ue] sit. Cujus quidem honesti et legitimi
ortus jurejurando ut præmissum est, confirmati testimonium, cum supra memorati Fmti Joannis
Raphaelis Lier nomine in authentica forma extradi a Nobis petitum obnixe esset; Nos æquitate po-
stulati adducti petitioni honestæ deferendum censuimus, prouti præsentibus id extradi permisimus:
Omnes et Singulos præsentium notitiam habituros, majorem in modum rogantes, ut præmemoratum
Fmtum Joannem Raphaelem Lier, in quibusvis suis actionibus honestis promovere, ad Jura Civita-
tis admittere, aliisq[ue] benevolentiæ studiis prosequi dignentur. Quibus Nos vicissim nostra gratifican-
di studia et officia deferre omni cura et promptitudine, annitemur. In præmissorum fidem Sigillum
Civitatis nostrum hisce subappressi fecimus. Actum et Datum Thorunii, Die 14ta. Mensis
Julii, Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Primo.



PRÆ-CONSULES ET CONSULES CIVITATIS THORUNENSIS

coram Universis et Singulis, præmissa Studiorum officiorumq. nostrorum diligenti commendatione, cuivis
pro Status, conditionisq. exigentia notum testatumq. facimus, quod coram Nobis personaliter comparuerint,
Nobiles Joannes Henricus Wedmeyer et Stanislaus Dutkiewicz, Consules hujus Civitatis, Viri
provectæ ætatis, testesq. fide digni, atq. de periculo perjurii sedulò admoniti, Juramento corporali mediante,
elevatis dextris, erectisq. duobus digitis, in testimonium Veritatis apertè et per expressum recognoverint ac testa-
ti sint, sibi compertum omninoq. verum esse, quod præsentium exhibitor Famatus Joannes Raphaël Lier
à Nobili Bartholomæo Lier, Consule hujus Civitatis, Patre suo, atq. Consorte Illius Nobili Con-
stantia nata Kruszewiczowa, Matre sua, Conjugibus, hominibus liberis, nec cuiquam servitutis man-
cipiive nexu obstrictis in legitimo et inculpato Thoro ortus genitusq. sit. Cujus quidem honesti et legitimi
ortus jurejurando, ut præmissum est, confirmati testimonium, cum supra memorati Fmti Joannis
Raphaelis Lier nomine in authentica forma extradi à Nobis petitum obnixe esset; Nos æquitate po-
stulati adducti petitioni honestæ deferendum censuimus, prouti præsentibus id extradi permisimus:
Omnes et Singulos præsentium notitiam habituros, majorem in modum rogantes, ut præmemoratum
Fmtum Joannem Raphaelem Lier, in quibusvis suis actionibus honestis promovere, ad Jura Civita-
tis admittere, aliisq. benevolentiæ studiis prosequi dignentur. Quibus Nos vicissim nostra gratifican-
di studia et officia deferre omni cura et promptitudine, annitemur. In præmissorum fidem Sigillum
Civitatis nostrum hisce subapprimi fecimus. Actum et Datum Thorunii, Die 14ta. Mensis
Julii, Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Primo.

G. Giller Secret. mppa

